

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Quis motus liberi arbit. ad iustificationem requiratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVÆS. XXVIII. DE IVSTIFIMPH. ART. III.

tritionis operans, & gratiam infundens: quia ut dicitur Eccl. 11. Facile est in oculis Dei honestate pati per eum. Non autem per hoc excluditur usus liberi arbitrii, qui est in ipso instanti quo gratia infunditur. In hoc enim ostenditur perfectior communicatio diuinae bonitatis, quod simul facit in homine habitum & aetum iustitiae, quam si faceret habitum tantum.

Ad xi. Dicendum, quod sicut sol est causa luminis non solum quantum ad esse, sed quantum ad fieri, ita est Deus est causa gratiae, & quantum ad esse, & quantum ad fieri. Aliiquid autem requiritur ad fieri rei quod importat quandam imitationem, quod non requiritur ad esse ipsum, sicut cum sit lumen in aere, requiritur quod aer se habeat in alio respectu ad solem quam ante, quod sit per motum solis, sine quo posset esse conseruatio luminis in aere sole semper praesente. Et similiter ad fieri ipsum gratia requiritur quod voluntas alio modo se habeat ad Deum, quam prius, ad quod exigitur immutatio voluntatis, quae sine visu liberi arbitrii non est in adultis, ut dictum est.

In libro. art.

Ad xii. Dicendum, quod aliqua dispositio requirit ad fieri rei, quae non requiritur ad esse rei, sicut patet, præcipue in generatione animalium & plantarum. Vnde prohibetur talibus dispositionibus cestari tibus, postquam res iam facta est, eam nihilominus in suo esse conferuari. Et sic cessante motu liberi arbitrii qui erat necessarius ad iustificationem, potest iustitia habitualiter remanere.

Ad xiii. Dicendum, quod nihil prohibetur aliqd naturaliter prius non posse fieri sine posteriori, quod ramen sine posteriori esse potest, sicut anima que est causa corporis formalis, efficiens, & finalis, ut dicitur in 2. de Anima, est naturaliter prior corpore, potest esse sine corpore, cum ramen secundum ordinem naturæ non possit fieri, nisi in corpore, & similiter est de gratia & visu liberi arbitrii.

Ad xiv. Dicendum, quod corpus inficit animam originali peccato ex hoc ipso quod ei vnitur. Hoc autem peccatum non respicit voluntatem ipsum qui inficitur, sed naturam: & ideo non est misericordia ad huiusmodi infectionem usus liberi arbitrii non requiratur. Similiter autem anima pueri graria consequitur ex hoc ipso quod Christo per sacramentum baptismi unitur, absque visu liberi arbitrii. In adultis uero requiritur usus liberi arbitrii ratione iam dicta.

Ad xv. Dicendum, quod ex hoc, quod dicitur Deus prior ad miserendum, quod ad puniendum, non excluditur tam bonum, quod misericordia Deus in nobis operatur, quod malum quod Deus in nobis puniit. Quia bonum, secundum Dion. consistit ex una & integra causa, malum autem ex singularibus defectibus. Sed ex hoc ostenditur, quod Deus misericordia secundum id quod ex eo est, puni autem secundum id quod ex nobis est, quod est tale, ut ordinatus esse non possit nisi in penam, vnde ex principali intentione misericordia, sed puni qualiter præter intentionem voluntatis antecedens secundum voluntatem consequenter. Et tamen ad propositum potest dici quod infectioni peccati originalis, qua anima inficitur antequam usum liberi arbitrii habeat, respondet per quandam similitudinem iustificatio puerorum natus liberi arbitrii.

Ad xvi. Dicendum, quod res naturales per quandam violentiam sint disponi ad formam, ut s. principium dispositionis sit extra nichil conferre nisi passo, unde in eis disponi ad formam non est ab aliquo principio intrinseco, sed ab extra, voluntas uero violentia pati non potest. Ite non est similis ratio.

F Ad xvii. Dicendum, quod Deus virtutes in nobis opera: ut sine nobis virtutes causantibus, non tamen sine nobis consentientibus.

Ad xviii. Dicendum, quod actus liberi arbitrii est in iustificatione impij, alio modo se habet ad habitum iustitiae generalis, de qua dictum est, & alio modo se habet ad eius executionem & augmentum. Ad habitum quidem se non potest habere ut merita, eo quod in ipso instanti iustitia in dispositu que est principiū merendi, sed se habet ut dispositio in. Ad executionem vero iustitiae & eius augmentum se habet in ratione meriti, quia per primum ad gratiam informatum homo meretur diuinum auxilium in praedictis. Sic ergo iustitia non redditur humanis operibus, quasi merces, sed iustitia augementum, & continuario aliquo modo habet rationem meritis in coparatione ad actus meritorios precedentes.

Ad xix. Dicendum, quod licet Paulus antequam iustificatus esset, immedio gratiam fidei impinguarer, tamen in ipso instanti iustificationis loco coelestis liberis arbitriis diuina gratia communior. Motu enim gratiarum voluntatis in instanti post Deum alicuius missere, sine quo non est iustificatio; sed sine preparacione praecedenti iustificatione potest.

Ad xx. Dicendum, quod ista dispositio non requiritur propter impotentiam agentis, sed per conditionem recipientis, scilicet voluntatis que immutata non potest per uolentem, sed proprio motu mutatur. Ita autem motus liberi arbitrii non solum se habet ad gratiam ut dispositio, sed ut complementum operationes enim sunt quedam completeness habituum, unde perfectionem agentis ostendatur, quod moueri in Deum cum sua operatione, quia perfectio effectus demonstrat perfectionem causarum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum motus liberi arbitrii in Deum ad iustificationem requiratur:

I Q Varto queritur quis motus liberi arbitrii ad iustificationem requiratur, utrumque sequitur motus in Deum. Et uidetur quod non. Illud enim quod iustificationem sequitur, non requiritur ad iustificationem, sed moueri in Deum cuiuslibet ex gratia, iustificationem sequitur, vñ dicitur Trenor. 4. Concedentes Dñe, &c. ergo motus liberi arbitrii in Deum non est de his quae requiruntur ad iustificationem.

¶ 2 Præt. Motus liberi arbitrii requiritur ad iustificationem ut dispositio quodam ex parte lib. arb. id est ad quod homo trahi indigenter pertinet ad librum arbitrium, cum ergo ad hoc gressu concurvatur in Deum, inde trahi secundum illud loco. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxit eum, vñ quod morus liberi arbitrii in Deum non sicut his quae ad iustificationem impii requiruntur.

¶ 3 Præt. ad iustificationem homo peruenit per viam timoris, nam qui sine timore est, non potest iustificari, ut dicitur Ecclesiast. sed per timorem homo mouetur in Deum, sed magis in penas, ergo motus liberi arbitrii qui requiritur ad iustificationem impii, non est motus in Deum; sed dicendum, quod hoc verum est de timore servili, non autem de filiali.

¶ 4 Cöttra. Omnis timor fugam in sui ratione includit: sed per fugam aliquis recedit ab eo quod fugitur, non autem accedit ad ipsum, ergo ex hoc quod homo timet Deum, non mouetur in Deum, sed magis recedit a Deo.

¶ 5 Præt.

QVAEST. XXIX. DE IVSTIFICATIONE IMPII, ARTIC. III.

481

¶ 5 Præt. Si motus lib. arb. in Deum ad iustificationem requiritur, p̄cipue ille deberet requiri, per quā hō in Deū cōpletissime mouetur: completius autē mouetur hō in Deū per charitatem quā p̄ fidē. si ergo motus lib. arb. in Deū ad iustificationem requiritur, non deberet attribui iustificationi fidei, sed magis charitati, cuius contrarium appetet Ro. 3. iustificati ex fide &c.

¶ 6 Præt. Motus lib. arb. qui in iustificatione regriſt̄ est sicut ultima diſpositio ad graciā, cū qua grā infunditur. Dispositio autē ad formā, cū qua inducī forma, talis est qđ sine forma esse nō potest, cū sit necessitas ad formā, cū igit̄ motus fidei posit⁹ esse sine grā, vī qđ iustificati nō dēat attribui mortui fidei.

¶ 7 Præt. Homo naturali ratione potest Deum cognoscere: sed fides non requiritur ad iustificationem, nisi in quantum facit Deum cognoscere. ergo uidetur quod sine motu fidei posit⁹ hō iustificari.

¶ 8 Præt. Sicut per motum fidei homo cognoscit Deum, ita per actum sapientiae: non ergo magis fidei quam sapientiae iustificatio debet ascribi.

¶ 9 Præt. In fide multi articuli continentur. si ergo motus fidei requiritur ad iustificationem, uidetur quod oportet omnes articulos fidei cogitare, qđ non potest subito fieri.

¶ 10 Præt. Iac. 4. dicitur quod Deus humilibus dat gratiā, & sic ad iustificationē impii requiritur motus humilitatis, qui non est motus in Deū, alias hi militas habent Deum pro obiecto, & fine, & effet uirtus theologica. ergo motus qui requiritur ad iustificationē impii, non est motus liber⁹ arb. in Deū.

¶ 11 Præt. In iustificatione impii uoluntas hominis ad iustitiam immuratur. ergo motus liber⁹ arb. debet esse actus iustitiae, qui non est motus in Deū.

¶ 12 Præt. Ad iustificationem impii se hēt hō ut remouens prohibens, sicut ille qui aperit fenestram,

sc̄ casū illuminationis domus: sed impedimentum gratiæ est peccatum, ergo ex parte iustificati non requirit motus liber⁹ arb. in Deū, sed foli⁹ in peccatum.

SED CONTRA est quod d̄ Iac. 4. Appropinquare Deo, & appropinquabit uobis: appropinquat autem Deus nobis per gratiæ infusionem, ergo ad hoc qđ iustificemur per gratiæ requiritur qđ nos appropinquemus Deo per motum liber⁹ arb. in Deū.

¶ 13 Præt. Iustificatio impii est qđ hominis illūmīnatio: sed in psal. 33. dī. Accedite ad eū & illuminamini, cū ergo ad Deū nō accedat hō passibus corporis, sed moribus mētris, ut Aug. dicit, vī qđ motus liber⁹ arb. requiritur ad iustificationem impii.

¶ 14 Præt. Ro. 4. dicitur. Reputabitur fides ad iustitiam creditibus in eum qui iustificat impium. ergo ad hoc quod impius iustificetur, requiritur motus fidei in Deum.

RESPON. Dicendū, qđ sicut supra dictū est, motus lib. arb. qui est in iustificatione, requiritur ad hoc, qđ hō causam iustificantem contingat per actū pro prium. Cā aut̄ iustificationis Deus est, qui nostram operatus est iustificationem per mysteriū incarnationis suā, per quam factus est Dei, & hominū mediator. Et ideo motus lib. arb. in Deum ad iustificationē impii requiritur. Sed cum liberum arb. multipliciter in Deum moueri possit, ille motus de necessitate ad iustificationem requiri uī, qui est primus inter alios, & in omnibus alijs includitur: hic aut̄ est motus fidei. Accedentem enim ad Deum oportet primo credere quia est, ut h̄ Heb. 11. Nullus quocumq; alio motu pōt in Deū moueri, nisi simil cū hoc motu fidei moueat, quia oēs alij motus mentis in Deum iustificantem pertinent ad

effectum: solus autem fidei motus ad intellectum pertinet. Effectus autē non mouetur in suum obiectum, nisi secundum quod est apprehēsum. Bonū enim apprehensum mouet effectum, ut dicitur in 3. de Aia. Vnde motus apprehensivæ requiritur ad motum effectivæ, sicut motio mouentis ad moueri mobilis. Et per hunc modum motus fidei inclūditur in motu charitatis, & in quolibet alio motu,

Com. 49. 2.
54. 10. 2.

quo mens mouetur in Deū. Sed quia iustitia cōpletivit in affectu exſit, ideo si hō secundū intellectū tñ conuerteretur in Deū, non cōtingeret Deū secundū id quod iustitia recipit, i. secundū affectū, & si iustificari non posset. Requiritur ergo quod non solum intellectus conuertatur in Deū, sed affectus. Primus autē motus affectus in aliquid est motus amoris, ut in questione de passionibus animæ dictū est, qui quidem motus in desiderio includitur sicut causa in effectu: desideratur n. aliqd quasi amatum. Ipsa uero spes desiderium quoddā importat cum quadam animi eructione quasi in quoddā arduum tendens. Sicut ergo simul est motus cognitionis cum motu amoris, ita motus amoris cū motu sp̄ci, uel desiderii. Sicut enim apprehēsum mouet amore, ita amor mouet desiderium, seu sp̄. Sic ergo liberum arbitrium in iustificationē impii mouetur in Deū motu fidei, charitatis, & speciōportet. n. iustificatum in Deū conuerti amando ipsum cū sp̄e venit. Et hēc tria cōputantur p̄ uno motu cōpleto, in quantum unū includitur in alio: denominatur tñ iste motus a fide, eo qđ uirtute continet in sc̄ illis motus, & in eis includitur.

AD PRIMVM dicendum, quod moueri in Deū per liberum arbitriū, legitur quodammodo ordine naturæ gratiæ infusionem, non autem tempore, vt infra patet. Gratia autem infusionis est vnum corum, quæ requiruntur ad iustificationem: unde non sequitur proper hoc, quod motus liber⁹ arbitrii in Deū iustificationem sequatur.

AD SECUNDVM dicendum, qđ trāctus ille nō importat uiolentiam, sed operationem diuinam, qua operatur in liberum arbitrium uertendo id quoque uoluerit. Et sic illud ad quod hō trahitur, aliquo modo ad liberum arbitrium pertinet.

AD TERTIUM dicendum, quod timor seruili⁹ qui haber oculum ad penam tantum, requiritur ad iustificationem vt diſpositio præcedens, non autē ut intrans substantiam iustificationis, quia simul cum charitate esse non potest, sed introcunte charitate timor dicitur: unde 1. Ioan. 4. Timor non est in charitate. Timor autem filialis qui timet separationem, includitur uirtute in motu amoris: eiūdē enim rationis est desiderare coniunctionem amat̄i, & timere separationem.

AD QUARTVM dicendum, qđ motus charitatis in Deū requiritur, sed tamen in hoc motu includitur motus fidei, ut dictum est.

AD QUINTVM dicendum, qđ licet credere Deo, uel Deum posuit esse sine iustitia, in credere in Deū, quod est actus fidei formata, sine gratia, nec iustitia esse non potest: & tale credere requiritur ad iustificationem, ut patet Rom. 4. Crediti in eum qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam.

AD SEXTVM dicendum, quod quia post lapsum Quæst. Dist. S. Thome. PPP hu-

q. de partia
nibus.

Ar. 7. seq.

In corp. ar.

I 8 Q V A E S T . X X V I I I , D E I V S T I F I C A T I O N E I M P I I . A R T . V .

humanae nature, homo non potest reparari nisi per mediatorem Dei & hominum Iesum Christum, quod quidem sacramentum i. mediationis Christi sola fide tenetur: ideo ad iustificationem impii non sufficit cognitio naturalis, sed requiriuntur fides Iesu Christi uel explicita, uel implicita sicut diuerla tempora, & diuerlas perlitas. Et hoc est quod dicitur.

Ad OCTAVUM Dicendum, quod sicut intellectus principiorum naturaliter cognitorum se habet ad sapientiam, uel scientiam ratione acquisitam in ratione principii, ita fides ad sapientiam insulam: unde primus motus cognitionis gratuitae in Deum non est sapientie, vel scientie insulse, sed fidei.

Ad NONVM Dicendum, quod licet sint multi articuli fidei, non tamen oportet quod actu oculorum cogitent in ipso instanti iustificationis, sed solu quod cogite Deum sicut hunc articulus, qui est iustificans, & per remittens, in quo includitur implicite articulus incarnationis & passionis Christi, & aliorum quae ad nostram iustificationem requiruntur.

Ad DECIMVM Dicendum, quod motus humilitatis consequitur motum fidei sicut quod aliquis considerata altitudine divinae maiestatis seipsum ei subiicit, & ita motus humilitatis non est primus, quod regnat in iustificatione.

Ad UNDECIMVM Dicendum, quod in iustitia glorialis, de qua non est logum, includit ordinatio debita hominis ad Deum, ut supra dictum est, & sic tam fides quam spes, qui charitas sub huiusmodi iustitia continetur.

Ad DVODECIMVM Dicendum, quod in peccatum prohibet gratiam precipe racione auerissons, & ideo ad remouendum hoc prohibens, requiritur conuersio liberi arbitrii in Deum.

A R T I C U L V S . V .
V erum in impio iustificatione requiratur motus liberi arbitrii in peccatum.

Q VINTO queritur, utrum in iustificatione impio requiratur motus liberi arbitrii in peccatum. Et utrum quod non. Motus non charitatis ad remissionem peccatorum sufficit. Luc. 7. Dimissum sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: sed motus charitatis est directus in Deum: ergo ad iustificationem impio sufficit motus in Deum, & non regredit motus in peccatum.

¶ 2 Præt. Bonum incommutabile est efficacius, quam bonum commutabile: sed conuersio ad bonum commutabile sufficit ad hoc, quod homo incurrit in peccatum: ergo conuersio ad bonum incommutabile sufficit ad hoc quod homo iustificetur.

¶ 3 Præt. Homo non potest mori in peccatum nisi de peccato cogite: nullus autem cogitare potest de eo quod memoria non tenet: contingit autem aliquem oblitum esse peccati commissi: si ergo ad iustificationem impio requiritur motus liberi arbitrii in peccatum, ut quod talis, qui est peccatorum suorum oblitus, numquam possit iustificari.

¶ 4 Præt. Contingit aliquem multis esse criminibus, involutum: si ergo motus liberi arbitrii in iustificatione requiratur, ut pari ratione quod eum oportere in illo instanti de singulis suis peccatis cogitare, quod est impossibile: non nam est maior ratio de uno, quam de alio.

¶ 5 Præt. Quicquid conuertit in aliqd sicut in fine ultimum, ex hoc ipso ab alio sine avertit ultimo,

quaipossible est unius esse multos fines ultimos: sed homo quoniam mouet per fidem formatam in Deum,

mouetur in ipsum sicut in fine ultimum: ergo ex hoc ipso avertitur a peccato, & ita non ut esse necessarius alius motus liberi arbitrii in peccatum.

¶ 6 Præt. Non est idem motus a pectore, & in peccatum,

sicut nec ab albo, & in album: sed iustificatio est motus a peccato: ergo non est motus ad peccatum. SED CONTRA est, quod in psalmo 31. dicitur. Confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino, & tu remissus in iustitatem peccati mei: sed homo non potest hoc dicere, nisi de peccato cogitando, ergo motus liberi arbitrii in peccatum ad iustificationem requiritur.

¶ 7 Præt. Ad iustificationem impii contrito requiritur, que est prima penitentia pars, per quam peccata tolluntur: sed contritus est dolor de peccato, ergo motus liberi arbitrii in peccatum requiritur in iustificatione impii.

RESPONSA. Dicendum, quod iustificatio impii addit aliquid supra iustificationem simpliciter. Nam iustificatio simpliciter importat solummodo iustificationem, sed super hoc addit iustificatio impii remissionem culparum: qua quidem remissio non fit solum per hoc, quod homo defecit a peccato, sed aliquid amplius requiritur. Unde Augustinus in libro de Nuptiis & concupiscentiis. Si a peccando delites, hoc est non habere peccata, sufficeret ut hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non autem sufficit, sed addidit, Et de præteritis deprecate, ut ibi remittantur. Sic ergo ad iustificationem simpliciter requiritur conuersio hominis per liberum arbitrium in causam iustificantem, quae est motus liberi arbitrii in Deum: sed supra hoc in iustificatione impii requiritur, quod conuertatur ad defunctionem peccati præteriti. Sicut autem conuersio in Deum per hoc, quod homo cognoscit Deum perficit & eum amat, & gratiam desiderat, tamen sperant ut per hoc quod conuersio liberi arbitrii in peccatum sit per hoc, quod homo se peccatum præteritum recognoset, quod est humilitatis, & peccatum præteritum dereliquerit, ut pigeat fecisse, & iterare non uult.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dilectio potest esse sine detestatione eius quod a Deo separatur: & ideo præter motum dilectionis in Deum requiritur in iustificatione peccatum detestatio. Unde & Magdalena cui dictum est, dimissa sunt ei peccata multa, lacrymas emiserat pro peccatis.

AD SECUNDUM dicendum, quod conuersio in bonum incommutabile sufficit ad iustificationem simpliciter, sed ad iustificationem impii requiritur etiam motus in peccatum, ut dictum est: quia ad hoc quod homo iustificetur a peccato præterito, non solum sufficit quod iustitiam uelit, & non peccet, sed quod contra peccatum iniuriantem operetur detestando ipsum. Non autem in eo qui peccat requiritur detestatio Dei, uel iustitiae, nisi ex consequenti: quia id quod est bonum, nullus habet odio, nisi in quantum est incompositum alteri bono quod diligit. Unde peccator non si per accidens odit iustitiam, & Deum, ex hoc ipso uidelicet quod amat inmoderate bonum incommutabile.

AD TERTIUM dicendum, quod non est necessarium, quod aliquis in ipso momento iustificationis de hoc, uel in illo peccato determinate cogitet: sed soli quod dolens se propria culpa a Deo esse auersum uel abolute, uel sub conditione, si scilicet auersum est, quoniam aliquis ignorat an unquam per peccatum mortale a Deo auersum fuerit: & per huiusmodi motum illi qui oblitus est de peccato conteri potest.

AD QUARTUM dicendum, quod omnia peccata conueniunt in auctoritate a Deo, ratione cuius gratia impediunt: unde ad iustificationem non requiritur, quod in ipso iustificationis momento aliquis de peccatis singulis cogitet, sed sufficit quod cogitat de hoc, quod per culpam suam est auersum a Deo. Recogitato